

labiliter observari præcipimus. » (8. Et insuper statuuntur gravissimæ pœnæ contra eas violantes, ibi : « Si quis autem treguas frangere præsumperit, post tertiam admonitionem (si non satisfecerit) suus episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum, et scriptam vicinis episcopis annuntiet, quorum nullus excommunicatum in communione recipiat ; imo scriptam sententiam quisque confirmet.

(9. Et in cit. cap. *Innovamus* 2, De tregua, assignantur personæ, quæ gaudent tregua, seu securitate perpetua, ita ut belli duces et milites eas molestare non possint, ibi : « *Innovamus*, ut presbyteri, monachi, con-

TRIBUTUM.

Vide verb. GABELLA.

TRIDENTINI CONCILII DECRETA.

(1. Tridentini concilii decreta (115) enuntiantur, et impleri jubentur circa jurisdictionem episcoporum in omnes animarum curam gerentes, et in Ecclesias, quibus annexa est hujusmodi cura. Benedictus XIV, tom. II, constitut. 1, incip. *Quamvis*, et constit. 33, incip. *Inter multa*. (2. Item super electione dignioris inter approbatos ad animarum curam. Idem constit. 4, incip. *Reddita nobis*.

(3. Item super jurisdictione episcoporum in regulares extra claustra degentes. Idem constit. 7, incip. *Pontificia commendatione*. (4. Item super ordinationibus regularium, et super abolitione privilegiorum recipiendi ordines a quocunque, vel extra tempora. Idem constit. 27, incip. *Impositi nobis*. (5. Item de non recipiendis regularium recursibus adversus professionis validitatem post elapsam a die professionis quinquennium; vel si reclamantes extra claustra degant, aut habitum dimiserint. (6. Et de forma servanda in hujusmodi judiciis. Idem constitut. 47, incip. *Si datam*. Vide supra ad

TRISAGIUM.

(1. Trisagium, quo tres personæ divinæ laudantur his verbis : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus et immortalis, miserere nostri*; e caelo adductum est, cum puer e terra elevatus Constantinopoli, et in caelum raptus per unam horam, descendit postea illud recitans.

(2. Cum enim orbis pene universus ita horribili et longo terræmotu quateretur, ut anno 446 in sola Constantinopolitana urbe subversa fuerint omnia magnificentiora aedificia, et quingentæ septem turres, ut ex Marcellino refert Berninus tom. I *Histor.*

(115) Ubi Tridentina synodus non est recepta, facultatibus ab illa concessis episcopi uti non possunt. Benedictus XIV *De syn. diocæs.*, lib. IX, cap. 5, n. 2.

(116) Indispensationibus Pontificis, quæ alicui

versi, peregrini, rustici euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, et animalia, quibus arant et semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur. »

(10. At vero isti duo canones non sunt usu recepti, nec proinde hodie tenent, ut notant Glossa in cit. c. *Treguas*, verb. *Frangere*; Abbas, Innoc. et alii expositores communiter.

(11. An autem, et quando, et quibus de causis inita pax, et tregua cum hostibus frangi possit, eique bellum indici, vel non? Vide verb. *BELLUM* per tot, ubi cuncta, quæ bellum concernunt in quinque distinctis articulis fuse discutuntur.

verb. *REGULARIS PROFESSIO*. (7. Item de confessariis extraordinariis bis aut ter in anno exhibendis religiosarum mulierum communitatibus. Idem constit. incip. *Pastoralis cura*.

(8. Item de abstinentia clericorum a luxu, conviviis, choreis, aleis. Item constit. 45, incip. *Inter cætera*. (9. Item de coercendis iis, qui mulieres cogunt ad ingrediendam religionem. Idem constit. 47 incip. *Si datam*. (10. Item super facultatibus episcoporum circa ea quæ observari debeant, aut evitari in celebratione missæ. Idem constit. incip. *Acceptimus*. (11. Item super residentia episcoporum, et super eorum absentia causis. Idem constit. 18, incip. *Ad universæ*.

(12. Item de non ordinandis sine causa episcopis titularibus, et de his, quæ hujusmodi episcopis permittuntur. Idem constit. 36 incip. *Cum a nobis*. (13. Item de reservatione causarum criminalium judicio episcopi seu ordinarii, exclusis archidiaconis, decanis, aliisque inferioribus. Idem constit. 40 incip. *Causarum* (116).

omnium hæresum, cap. 6, De gestis tempore Felicis III, afferens quæ scribit Nicephorus lib. XIV, cap. 46, nempe : « Theodosius imperabat, et terræmotus magnus et admirandus exstitit, qui priores magnitudine, celeritate et temporis diuturnitate facile superavit, et non ex intervallo, sed motu continuo omnia concussit, idque per orbem fere universum. » (3. Hac de causa, ne vivi sepelirentur, antequam interirent, imperator Theodosius cum suis magnatibus, Proclus episcopus cum suo clero, civesque omnes extra urbem se receperunt, et bra-

Tridentinæ sanctioni derogant, necesse non est ut expresse isthæc derogatio indicetur, ac sine illa dispensationes vim suam habent. Idem Bened. XIV, loc. cit., lib. XIII, cap. 25.

chiis extensis ad caelum versus, ut scribit Nicephorus, loc. cit., « obtestabantur Deum, ut propitius eis esset, et ab imminente calamitate orbem liberaret. » (4. Tuncque infans, toto populo spectante, in caelum per unam horam raptus est, indeque reversus nuntiavit episcopo ac imperatori, aliisque inibi existentibus, audisse angelos ante thronum Dei hoc divinum canentes trisagium : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus et immortalis, miserere nostri*, sibi mandatum fuisse, ut eam laudationem populo indicaret. (5. Quæ ubi Proclus intellexit, subjungit Nicephorus, loc. cit., « statim ad eum modum psallere jussit, et terræmotus

TUTELA, TUTOR, CURA, CURATOR.

SUMMARIUM.

1. Tutela quid sit. — 2. Tutores qui sint. — 3. Tutela dividitur potissimum in testamentariam, legitimam et dativam. — 4. Tutela testamentaria quæ sit. — 5. Tutela legitima quæ sit. — 6. Tutela dativa quæ sit. — 7. Sic tutores alii sunt testamentarii, alii legitimi, et alii dativi. — 8. Tutela finitur, postquam impubes consecuti sunt pubertatem. — 9. Pubertas quando habeatur. — 10. Tutela finita, incipit cura seu curatio, aut curatela, quæ de jure communi Cæsareo durat usque ad annos XXV completos, tam in masculis quam in feminis. — 11. Si autem per municipale statutum, seu principis alicujus supremi sit taxata minor ætas, v. g. ad annum 20 in masculis, et ad annum 18 in feminis, tunc, eo elapso, minor liberatur a cura. — 12. Sic etiam finitur cura ante dictum tempus, si minor veniam ætatis a principe impetraverit. — 13. Curator quis sit. — 14. Tutores et curatores, in quibus differant inter se ad n. 16. — 17. Stante consuetudine omnium fere regionum, finita tutela, tutor tanquam curator, perseverat usque ad XXI annum. — 18. Non potest tamen, qui fuit tutor, compelli, ordinarie loquendo, ad perseverandum, si noluerit, in curatione et administratione bonorum ejusdem puberis. — 19. Item nec pupillus tenetur stare ejusdem tutoris curæ, nisi forte testator aliter disposuerit. — 20. Tutor dativus perveniente altero ex fratribus ad majoritatem, cessat quoad omnes fratres, et factus major fit tutor aliorum fratrum impuberum. — 21. Non sic autem tutor testamentarius. — 22. Judex pro dando tutore debet habere jurisdictionem in pupillum cui dandus est, et in eum qui dari debet. — 23. Tutor proprie et in rigore constituendus est per judicem habitationis pupilli, quamvis ejus bona alibi exsint. — 24. Si autem administratio dictorum bonorum impugnetur a judice loci in quo sita sunt bona, tunc equidem, ne bona pupilli in deterius abeant, constitui potest a judice loci bonorum curator. — 25. Si pupillus sit clericus, tutor est per judicem ecclesiasticum constituendus. — 26. Neque per judicem laicum potest dari tutor clericus seu ecclesiasticus. — 27. Potest tamen a judice ecclesiastico dari pupillo clerico tutor laicus. — 28. Exstantibus ex eodem patre pluribus pupillis, quorum alii sint laici et alii ecclesiastici, a quo dandus sit tutor. — 29. Curator, si æque principaliter dandus sit personæ, tunc dandus est a judice sub ejus jurisdictione est persona. — 30. Si persona ratione status sit sub uno judice, scilicet clerico sub potestate ecclesiastica, ad bona ejus sint sub potestate laicali, et curator dandus sit tantum bonis, tunc dari debet a judice laico sub ejus jurisdictione

(117) Verum non multo post Petrus Cnapheus in Antiochenam sedem, ejecto Calendione, intrusus salutare Trisagium corruptis, addita ad finem clausula *qui passus es pro nobis, miserere nobis*, totam

FERRAR. VII.

statim etiam constitit, omninoque quievit ; » et ut scribit Felix III Summus Pontifex epist. 3. (6. Quam laudationem ubi populi incoeperant, civitatem receperunt, Deoque per hujusmodi laudem propitio facto, et ab imminente ira sunt liberati, et exinde, ut prosequitur, loc. cit., Nicephorus : « Imperator Theodosius et Pulcheria tanto miraculo perculti, constitutione imperiali confestim, ut per orbem omnem hymnus divinus iste concineretur, decreverunt ; et eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die usurpat, sed etiam cujuslibet carminis et laudis Dei initio ante omnia pleno ore præmittit (117). »

sunt eadem bona. — 31. Si curator dandus sit, non solum rebus, sed rebus simul et personæ, licet principaliter rebus, et non nisi secundo personæ, tunc probabilius dandus est a judice sub cuius potestate est persona. — 32. Parentes possunt testamento filiis suis impuberibus, sive masculini, sive femini sexus tutores constituere, si modo in potestate sua sint. — 33. Pater, etiamsi fuerit minor XXV annis, potest filiis suis dare testamento tutorem, si perpensio consilio id præstet. — 34. Si autem pater fuerit adhuc ipse sub patria potestate, quamvis fuerit major XXV annis, non potest filiis suis tutorem dare. — 35. Potest pater, superstiti matre, filiis suis impuberibus testamento tutorem dare, ipsa matre exclusa. — 36. Mater, qua mater est, non potest filiis testamento tutorem constituere. — 37. Si autem mater in testamento filium hæredem instituat, et simul tutorem ei instituat, erit recte constitutus tutor. — 38. Item quilibet extraneus, si impuberem hæredem instituat, tutorem ei constituere potest a judice cum inquisitione confirmandum. — 39. Item patronus, si libertum hæredem instituat, potest ei tutorem constituere a judice probabilius cum inquisitione confirmandum. — 40. Pater potest in testamento dare tutorem filiis suis quencunque benevisum, et etiam feminam. — 41. Si pater in suo testamento constituit tutores filii et filii, tutela extenditur etiam ad postumos et postumas. — 42. Si pater in testamento constituit tutorem pro filiis, tutela extenditur etiam ad filias. — 43. Si pater in testamento constituit tutorem pro filio, tutela extenditur ad omnes ejusdem filios. — 44. Si pater liberis suis testamento tutores dederit, censetur et nepotibus consuluisse, modo illi in potestate patris non sint relapsuri : secus si filiis, retento proprio nomine filiorum. — 45. Pater filiis suis sub patria potestate non existentibus, sed emancipatis, non potest constituere tutorem simpliciter, sed solum potest ipsis tutorem constituere a judice confirmandum. — 46. Pater nequit filio suo naturali et illegitimo dare tutorem testamento, nisi vel illum hæredem instituat, vel aliquid eidem relinquat. — 47. Regulariter in testamento dari nequit tutor quoad exercitium tutelæ, qui non attigerit XXV annum suæ ætatis. — 48. Filiusfamilias, non obstante quod sit sub patria potestate, si habeat cæteras conditiones ad hoc requisitas, non interdicatur a munere tutelæ. — 49. Servus, durante servili sua conditione, nequit testamento tutor constitui. — 50. Si autem servus constituatur tutor a proprio domino cum scientia servitutis, tunc intelligitur actu prævio liberari a servitute, et sic recte tutor constitutus. — 51. Si vero sit servus

Trinitatem passam fuisse blasphemans, initiumque dans Theopaschitarum sectæ. Damnatus est Cnapheus a Felice III, in Romana synodo an. 485.

33

alienus, solum cum liber erit, habebitur verus tutor. — 52. Episcopi et monachi nequeunt esse tutores testamentarii. — 53. Imo neque sacerdotes, alique clerici in sacris constituti possunt esse tutores testamentarii. — 54. Sacerdotes, alique clerici seculares, licet non possint esse tutores testamentarii, possunt tamen esse tutores legitimi. — 55. Episcopi autem et monachi neque possunt esse tutores legitimi. — 56. Qui habet bona indivisa cum pupillis, potest eorumdem esse tutor testamentarius, si testator noverit talem indivisionem. — 57. Item creditor et debitor potest testamento tutor constitui, si testator plenam cognitionem habuerit de tali credito et debito. — 58. Civis alterius civitatis potest constitui tutor testamentarius pupillorum alibi degentium. — 59. Mutus nequit esse tutor. — 60. Item nec surdus. — 61. Item nec furiosus, durante furore, et amens, durante amentia. — 62. Item nec prodigus. — 63. Feminae, quamvis de jure nequeant ordinarie esse tutrices, possunt tamen ex voluntate testatoris tutelam exercere. — 64. Si maritus in testamento uxorem tutricem filiorum constituerit etiam in casu secundarum nuptiarum, non est necesse quod eadem uxor renuntiet secundis nuptiis. — 65. Secus autem est dicendum, si maritus simpliciter eam constituerit tutricem testamentariam. — 66. Tutela legitima competit proximiori pupilli. — 67. Et si plures fuerint in eodem gradu, omnes debent admitti ad ipsam tutelam. — 68. Mater in tutela filiorum impuberum non praefertur avo paterno. — 69. Praefertur tamen mater in tutela filiorum avo materno. — 70. Item mater praefertur aviae, sive paternae sive maternae. — 71. Affertur, et solvitur instantia. — 72. Avia paterna, praesertim in Italia, praefertur maternae. — 73. Non existente avia paterna, nec materna, admittenda est ad tutelam proavia. — 74. In concursu avi materni cum avia materna, praefertur avus. — 75. Mater etiam tantum naturalis praefertur in omnibus casibus, in quibus praefertur mater legitima. — 76. In concursu patris et matris naturalis praefertur mater. — 77. Excipit tamen in casu, quo filii naturales essent a patre legitimi. — 78. In concursu matris et aviae cum fratre majori filiorum et nepotum, ordine successivo praefertur mater et avia. — 79. Item mater et avia praefertur etiam patruis. — 80. Comparando fratres utrinque conjunctos cum paternis, etiam ex parte patris, praefertur fratres, si fuerint majores. — 81. Frater utrinque conjunctus in tutela fratrum suorum impuberum praefertur fratri ex uno tantum latere conjuncto. — 82. Concurrentibus duobus fratribus utrinque conjunctis et habilibus, uterque aequo primo admittendus est ad tutelam, etiamsi unus respectu alterius sit minoris aetatis. — 83. Concurrentibus agnatis et cognatis secundum modernam dispositionem juris communis admittuntur ad tutelam proximiores in gradu, nulla habita ratione cognationis et agnationis. — 84. Secundum autem consuetudinem et jura municipalia totius fere Italiae praefertur agnati cognatis. — 85. Tutor, sicuti et curator, cum primum, judicis auctoritate interveniente, bonorum administrationem suscepit, inventarium conficere debet. — 86. Talis inventarii confectio debet praecedere administrationem, exceptis tamen aliquibus casibus necessitatis, et signanter excepto casu, quo res aliqua non admitteret dilationem, ex quo posset statim periclitari. — 87. Nec tenetur tamen tutor inventarium conficere

(1. Tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem suam sponte se defendere nequit, jure civili data ac permessa. Sic textus expressus in l. Tutela 1, De tutelis, et in § Est autem tutela 1, instit. De tutelis.

(2. Tutores autem sunt, qui eam vim ac

casu quo testator id ei remisit, aut veterit. — 88. Curatores iis omnibus dari possunt, qui suis rebus superesse non possunt. — 89. Generaliter loquendo curatores dantur minoribus, qui excesserunt annum 24, nec pervenerunt ad an. 25. — 90. Curatores dari possunt furiosis et mente captis, etiamsi excesserint xxv aetatis suae annum. — 91. Si filiusfamilias inciderit in amentiam et furorem, licet fuerit emancipatus pater erit legitimus curator. — 92. Si pater factus fuerit furiosus et amens, est ei dandus filius curator. — 94. Curatores dari possunt prodigis. — 95. Et ad dandos tales curatores sufficit, quod prodigorum conjuncti habentes notitiam de eorum prodigalitate, eos petant. — 96. Imo etiam, nemine petente, potest iudex ex officio, si notorie constet de prodigalitate, curatorem dare tali prodigo. — 97. Curator dari potest assiduo lusori. — 98. Item curator dari potest feminae prodigae et luxuriose viventi. — 99. Masculo tamen luxuriose viventi non interdicitur administratio. — 100. Si autem masculus, nedum luxuriose, sed et prodige viveret, posset ei dari curator uti prodigo. — 101. Maritus non potest dari curator uxori suae. — 102. Curatores dari possunt captivis, quantumvis majoribus. — 103. Item dari possunt curatores absentibus. — 104. Item curatores dari possunt mutis et surdis. — 105. Curatores et tutores regulariter tenentur satisfacere. — 106. Excipiuntur tamen tutores testamentarii. — 107. Item excipiuntur etiam tutores et curatores dati ex inquisitione. — 108. Tutores et curatores tenentur administrare bona pupillorum et minorum tali cura et diligentia, qualem providus paterfamilias propriis bonis adhibere solet. — 109. Tutores et curatores tenentur operam dare, ut ex bonis immobilibus fructus proveniant, bona mobilia minus utilia vendere, pecuniam non otiosam relinquere, sed eam in utilem praediorum emptionem, et in annuos redditus convertere, quibus culpabili eorum incuria neglectis, obligantur ad restitutionem totius interesse. — 110. Ad nullum tamen interesse tenentur tutores et curatores, si, factis debitis diligentis, pro implicanda in praediis et annuis redditibus tali pecunia, nulla eis certa et tuta occasio affulgeat. — 111. Salarium pro tutela accipere interdictum est tutoribus, praeterquam si eis a iudice sit constitutum. — 112. Nihilominus tamen non interdicitur iudici, quin, interveniente causa, possit tutoribus congruum salarium assignare; imo in variis regionibus ex dispositione jurum municipalium assignantur tutoribus et curatoribus certa portiones. — 113. Quinimo curator haereditatis jacentis habet jus hypothecae in bonis ejusdem haereditatis pro suo salario cum praelatione quoad omnes alios creditores haereditatis, licet anteriores. — 114. Si tutores et curatores ab initio assumptae tutelae et curae salarium non petierint, nec de illo protestati fuerint, et postea illud petant, non est decernendum a iudice pro praeterito, sed tantum pro futuro. — 115. Non possunt autem tutores et curatores sibi ipsis salarium constituere. — 116. An et quando pupilli et minores possint sine auctoritate tutorum et curatorum contractus celebrare? et an, si aliquos sic celebraverint, obligentur ad illos, tum civiliter tum naturaliter, seu tam in foro externo quam in foro interno seu conscientiae, remissive. — 117. Alia ad rem ad num. 122.

potestatem habent, exque re ipsa nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tutores, atque defensores; sicuti ad-tui dicuntur qui aedes tumentur. Sic textus expressus in cit. l. Tutela § 1, et in § Tutores autem sunt 2, instit. De tutelis.

(3. Tutela dividitur potissimum in testa-

mentariam, legitimam et dativam. Sic communis doctorum. (4. Tutela testamentaria est, quae constituitur a parentibus in testamento vel in codicillis testamento confirmatis, liberis suis impuberibus in sua potestate existentibus; § Permissum est 3, instit. De tutelis; leg. Lege duodecim 1, ff. De testamentar. tutela, l. Testamento 3, ff. eod. (5. Tutela legitima est, quae a lege inducitur in favorem pupillorum, non exstantibus tutoribus testamentariis; quando etenim non adsint tutores ex testamento relictis, adsunt tamen consanguinei; tunc jure statutum est, ut qui proximior consanguineus est pupillo, ille sit illius tutor legitimus; l. Legitimae tutela 1, ff. De legitimis tutoribus, leg. In testato 6, leg. Si plures 9, ff. eod. et concordat § Cum autem 7, institut. De capitis deminutione. (6. Tutela dativa est actus legitimus, per quem non exstantibus testamentariis, neque legitimis tutoribus, ad petitionem matris, vel aliorum proximiorum consanguineorum ejusdem pupilli, datur eidem tutor a iudice vel magistratu. l. Dativus 7, ff. Rem pupilli salvam fore, l. Generaliter 52, cod. De episcop. et clericis. l. Nemo 5, cod. De legitima tutela, l. Sive proconsul 1, cum similibus, ff. De tutoribus et curatoribus datis, l. Matris 1, ff. Qui petant tutores, cum similibus.

(7. Unde juxta dictam tutelae divisionem tutores alii sunt testamentarii, alii legitimi et alii dativi, arg. citatis juribus, cum similibus.

(8. Tutela finitur, postquam impuberes consecuti sunt pubertatem; seu pupilli et pupillae remanent sub tutela, donec impuberes existant; facti autem puberes a tutela liberantur, textu expresso in Institut. Quibus modis tutela finitur, in principio, ibi: « Pupilli pupillaeque, cum puberes esse coeperint, a tutela liberantur. » Et concordat lex Nisi 4, in princ., ff. De tutela et rationib. distrahend., l. Si curatoris 1, cod. Quando tutores et curatores esse desinant, cum similibus; Rota, part. iv, recent., t. I, decis. 588, n. 6, part. xv, decis. 255, n. 1, decis. 377, n. 43.

(9. Pubertas autem habetur in masculis anno xiv completo, et xii in feminis, textu expresso in cit. institut. Quibus modis tutela finitur, in princ., ibi: « Pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in feminis bene positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos viri potentes esse credantur. » Et concordat lex A qua aetate 5, ff. Qui testamenta facere possunt, lex Minoribus 2, ff. De vulgari et pupillari substitut., lex Indecorum 4, cod. Quando tutores et curatores esse desinant; Rota, part. iv, recent., t. I, decis. 588, n. 5, part. xv, decis. 135, n. 9.

(10. Tutela finita, incipit cura seu curatio aut caretela, quae de jure communi Caesareo durat usque ad annos xxv completos, tam in masculis quam in feminis, textu ex-

presso in institut. De curatoribus in principio, ibi: « Masculi quidem puberes, et feminae viri potentes, usque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt, quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus aetatis sunt, ut sua negotia tueri non possint; » l. Hoc edictum 1, ff. De minoribus, § 2 et 3, ibi: « Apparet minoribus annis viginti quinque eam opem polliceri, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo hodie in hanc usque aetatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suae administratio eis committi debet, quamvis bene rem suam gerentibus. »

(11. Dicitur autem notanter De jure communi Caesareo, quia, si per municipale statutum, seu principis alicujus supreni, sit taxata minor aetas; v. g. ad annum vicesimum in masculis, et ad annum decimum octavum in feminis, tunc eo elapso, minor liberatura cura, ut tradunt communiter doctores. (12. Sicuti etiam finitur cura ante dictum tempus, si minor veniam aetatis a principe impetravit, textu expresso in l. Omnes adolescentes 2, cod. De his qui veniam aetatis impetraverint.

(13. Curator vero is est, qui praepositus est alicui, quique potestatem habet administrandi bona ejus, qui, vel ob aetatem, vel ob mentis corporisque vitium suis rebus superesse non potest. Ita in re communis per claros textus in § Sed et mente captis 4, instit. De curatoribus, l. His qui 12, ff. De tutoribus et curatoribus datis ab his, etc., l. Sed et aliis 2, ff. De curatoribus furiosis, et aliis.

(14. Tutores et curatores differunt inter se. Primo, quia tutores dantur principaliter personae, secundario, rebus, ut patet per jura adducta supra n. 1 et 2, juncta l. Quia personae 14, ff. De testamentaria tutela, et § Certae autem, institut. Qui testamento tutores dari: curatores autem vel rebus tantum, vel principaliter rebus, et non nisi secundario personae, saltem regulariter loquendo per textum in l. In copulandis 8, cod. Denuptiis, ibi: « Nec curator, qui solum rei familiaris sustinet administrationem; » Marianus Socinus, consil. 97, n. 6, lib. 1; Rosignol. De tutor. et curator., contract. 17, praenotio. 28, n. 1, et alii. Dicitur autem notanter saltem regulariter loquendo, quia curatores amentibus et furiosis neque principaliter dantur personis, sicut tutores pupillis et impuberibus, textu expresso in l. Consilio 6, ff. De curatoribus furioso, et aliis extra minores dandis, ibi: « Consilio et opera curatoris tueri debet non solum patrimonium, sed et corpus, ac salus furiosi: » isti enim quamvis fuerint aetate adulti, in dirigendis tamen se ipsis rebusque suis sunt tanquam pupilli, ipsique in judicio aequales, ac insuper inferiores saltem illis qui septennium excesserint, adeoque etiam quoad personam indigent tutore, sicuti pupilli; Montanus. De tutor. et curator., cap. 29, n. 9. Decius, in l. Quo tutela,

§ *Nemo*, n. 4, ff. *De regul. juris*; Rosignol., *loc. cit.*, n. 2, et alii.

(15. Secundo, differunt, quia tutores regulariter dantur impuberibus per jura adducta supra n. 8 et 9, et iis ad summam, qui impuberibus comparantur per cit. l. *Consilio*, et dicta num. antecedenti; curatores vero dantur puberibus usque ad 25 annum, secundum jus commune Cæsareum per jura adducta supra n. 10, vel usque ad 20 in masculis, et 18 in feminis, secundum aliqua statuta municipalia, seu ad minorem ætatem, secundum veniam impetratam a principe, per dicta supra n. 11 et 12. Decius in cit. l. *Quo tutela*, § *Nemo*, ff. *De regul. jur.*, et l. *Curator*, ff. *De tutoribus et curatoribus datis ab his*, etc. Rosignol., *loc. cit.*, n. 8, et alii passim.

(16. Tertio, differunt, quia tutores certæ rei et causæ dari non possunt, per text. in § *Certæ autem rei* h., institut. *Qui testamento tutores dari possunt*, l. *Certarum rerum* 12, et l. seq., ff. *De testamentaria tutela*: curatores autem et certis rebus et determinatis causis dari possunt, per text. in § *Item invitati* 2, *De tutoribus*, ibi: « Curator enim et ad certam causam dari potest; » Portius, in tit. *De curatoribus*, n. 4; Angelus, in § *Certæ autem rei* h., institut. *Qui testamento tutores dari possunt*; Rosignol., *loc. cit.*, n. 12, et alii alias enumerantes differentias, quæ tanquam minus scitu necessaria, brevitatis gratia apud ipsos aliosque legistas videndæ relinquuntur.

(17. Stante consuetudine omnium fere regionum, finita tutela, tutor tanquam curator perseverat usque ad xxv annum; Montanus, *De tutor. et curator.*, cap. 37, num. 86; Antonius Gailus, lib. II *Præctic. observat.* 96; n. 1; Rosignol., *loc. cit.*, part. II, contract. 17, prænot. 1, n. 18, et prænot. 2, n. 4, et alii.

(18. Non potest tamen, qui fuit tutor, compelli ordinarie loquendo, ad perseverandum, si noluerit, in curatione et administratione bonorum ejusdem puberis, per text. in l. *A tutoribus* 33, § 1, ff. *De administrat. tutor.* Equitas enim non postulat, ut qui diu in onere tutelæ permanserit, ulteriori onere prægravetur.

(19. Item nec pupillus tenetur stare ejusdem tutoris curæ, nisi forte testator aliter disposuerit, quod nempe perseveret sub cura tutoris, donec pervenerit ad xxv annum, per text. in l. *Si tutor* 9, ff. *De tutel. et rationib. distrahend.*, leg. *Tutor* 28 et leg. *Maximeque* 29, ff. *De administrat. tutor. et curator.*

(20. Tutor dativus, perveniente altero ex fratribus ad majoritatem, cessat quoad omnes fratres, et factus major fit tutor aliorum fratrum impuberum. Existente enim tutore legitimo, cessat tutor dativus, cum hic detur solum non exstantibus testamentariis nec legitimis tutoribus, per jura adducta supra n. 6. Rota, part. II, recent., decis. 306, n. 2, et part. III, decis. 60, n. 4; Rosignol., *loc. cit.*, prænot. 3, n. 3, cum pluribus ibi ad id adductis.

(21. Non sic autem tutor testamentarius, quia hic, altero ex fratribus perveniente ad majoritatem, non cessat esse tutor quoad alios fratres impuberes. Existente enim tutore testamentario, non est locus legitimo tutori, cum tutor testamentarius cuicumque alteri præferatur, et tutor legitimus subintret solum in defectu tutoris testamentarii, per jura adducta supra n. 5. Rota, part. V, tom. II, decis. 435, n. 4, part. XIII, decis. 34, n. 4; Montanus, *De tutoribus et curatoribus*, cap. 27, n. 97; Rosignol., *loc. cit.*, n. 4, et alii.

(22. Judex pro dando tutore debet habere jurisdictionem in pupillum cui dandus est, et in eum qui dari debet, textu expresso in l. *Neque a preside* 5, cod. *Qui dare tutores vel curatores possunt*.

(23. Tutor proprie et in rigore constituendus est per judicem habitationis pupilli, quamvis ejus bona alibi existent. Tutor enim datur principaliter pro persona pupilli, per jura adducta supra n. 1, 2 et 14, quæ persona, utpote principalior, trahit ad se etiam bona, quamvis alibi existentia, cum tutela legitime collata extendatur ad omnia bona ubicunque existentia, per text. in § *Datus* 17, institut. *De excusationibus tutorum*, l. *Propter litem* 21, § 2, ff. *De excusationibus*, l. *Magis puto* 5, § 12, ff. *De rebus eorum qui sub tutela, vel cura sunt*; Rota, part. V, recent., tom. I, dec. 177, n. 27 et 29, et part. IX, tom. I, decis. 12, n. 26, 27 et 28. Angelus Aretin. institut. *De legitim. agnat. tut.*, n. 3, vers. *Quero, si tale*; Marianus Socinus, consil. 97, n. 6, et consil. 248, n. 2, lib. I; Alexander, consil. 44, n. 17, lib. V; Rosignol., *loc. cit.*, part. I, contract. 17, prænot. 17, num. 11 et alii.

(24. Si autem administratio dictorum bonorum impugnetur a judice loci, in quo sita sunt bona, tunc eundem, ne bona pupilli in deterius abeant, constitui potest a dicto judice loci bonorum curator: et ratio est, quia quotiescunque tutor legitime datus, est impeditus seu absens, potest alius substitui, ut docet Rota, part. II *Diversar.*, decis. 89, n. 6, et part. XIII, recent., decis. 108, n. 3, et part. XV, recent., decis. 107; Montanus, *De tutorib.*, cap. 24, per tot.; Paulus Christin., decis. 150 per tot., volum. 3, et alii. Atqui, exstante impugnatore seu contradictore quoad tutorem datum a judice habitationis pro administratione bonorum alibi existentium, talis tutor in ordine ad dictam administrationem talium bonorum intelligitur impeditus, et est absens; ergo saltem in ordine ad eadem poterit constitui curator, et quidem per judicem talis loci, ne etiam alius, si fuerit datus a judice habitationis pupilli, per similem impugnationem seu contradictionem, impediat, et interim bona pupilli in tali loco existentia in deterius abeant. Et quamvis talis in l. *Pupillo* 27, *De tutorib. et curatorib. datis ab his*, et leg. *Unica*, cod. *Ubi petantur tutores et curatores*, exprimatutur communi nomine tutoris, proprie tamen non est nisi curator, cum non detur personæ, sed rebus; arg. citatis juribus supra, n. 14, ut recte notat Rosignolus, *loc. cit.*, n. 10, et alii.

Vide Rotam, part. IX, recent., tom. I, decis. 12, n. 44 et 45, ubi declarat textum in cit. leg. *Unica*, cod. *Ubi petantur tutores*.

(25. Si pupillus sit clericus, tutor per judicem ecclesiasticum constituendus, Joannes Fabr., institut. *De Attiliano tutore* n. 4 in fine; Sperellus, decis. 1, n. 4; Franciscus Ripa, in cap. 2, n. 10, *De judiciis*; Marianus Socinus, in leg. *Si quis clericus*, n. 23 in fine, ff. *De foro competent.*; Montanus, *De tutoribus*, cap. 4, n. 25 et 28. Diana, part. I, tract. 2, resolut. 93; Bellettus, *Disquisit. cleric.*, part. I, tit. *De favore cleric. personali*, § 6, n. 15; Anguianus, *De legibus*, part. I, lib. II, controvers. 23, n. 69; Rosignol., *loc. cit.*, n. 12, et alii passim. Et ratio est clara, quia tutor datur principaliter personæ, et non nisi secundario rebus, per jura citata supra n. 14. Atqui persona clerici non est subdita judici laico, c. *Bene quidem* 1, dist. 96, cap. *Ecclesia S. Mariæ* 10, *De constitutionibus*, cap. *Cum laicis* 12, *De rebus ecclesiæ alienandis*, vel non, cum similibus: ita nec judex ecclesiasticus in personam et causam mere laicalem, cap. *Licet* 10, et cap. *Ex tenore* 11, *De foro competente*, cum similibus.

(26. Neque per judicem laicum potest dari clericus tutor clericus, seu ecclesiasticus; adhuc enim laicus diceretur exercere jurisdictionem, quam nec habet, nec habere potest in pupillum clericum. Decius, consil. 150, n. 9; Montanus, *De tutor. et curator.*, cap. 7, n. 27; Rosignol., *loc. cit.*, n. 26, et alii.

(27. Potest tamen a judice ecclesiastico dari pupillo clerico tutor laicus. Sic in similibus Glossa in cap. *Bene quidem* 1, dist. 96, verb. *Præter*; Archidiaconus, in cap. *Clericum cujuslibet* 11, q. 1; Federicum de Senis, consil. 126, et alii tenentes, quod episcopus causas civiles clericor. possit delegare laicis, uti ex Gloss. in c. *Decernimus* 2, *De judiciis*, verb. *Non præsumant*, arg. cit. cap. *Delegat.*, n. 38, et in terminis docent Montanus, *De tutor. et curat.*, cap. 4, n. 31. Rosignol., *loc. cit.*, n. 28, et alii; et ratio est, quia tutor laicus sic deputatus a judice ecclesiastico exercet munus tutelæ non ex propria, sed ex judicis ecclesiastici constituentis auctoritate, sicque fundamentaliter ex officio ecclesiastico, adeoque sine repugnantia dari potest a judice ecclesiastico pupillo clerico tutor laicus, sicuti laicus potest esse procurator clerici et syndicus Ecclesiæ, per textum in cap. 1 *De procurator.*, et cap. 1 *De syndic.*

(28. Exstantibus ex eodem patre pluribus pupillis, quorum alii sint laici, et alii ecclesiastici, quamvis una doctorum sententia velit in tali casu dandum esse tutorem pro omnibus a judice ecclesiastico, et altera teneat dandum esse pro omnibus a judice laico; placet tamen sententia media docens, unum tutorem pro clericis dandum esse a judice ecclesiastico, et alterum pro laicis dandum esse a judice laico; nisi forte uterque judex concurrat ad unum et eundem constituendum, qui utraque auctoritate respective regat. Et ratio est quia, sicut

judex laicus nullam habet jurisdictionem in personam ecclesiasticam, cap. *Bene quidem* 1, dist. 96, c. *Ecclesia S. Mariæ* 10, *De constitutionibus*, cap. *Cum laicis* 12, *De rebus ecclesiæ alienandis*, vel non, cum similibus: ita nec judex ecclesiasticus in personam et causam mere laicalem, cap. *Licet* 10, et cap. *Ex tenore* 11, *De foro competente*, cum similibus.

(29. Curator, si æque principaliter dandus sit personæ, puta furiosi, amentis, sicuti tutores pupilli principaliter quoad personam, tunc dandus est a judice, sub ejus jurisdictione est persona, et sic, si fuerit clericus, a judice ecclesiastico per dicta supra, n. 25. Vel si persona fuerit laicalis sub uno territorio, et bona ejus sub alio, tutor dandus erit a judice territorii seu habitationis, sub cujus potestate est persona per dicta supra, n. 23, cum limitatione adducta, *ibid.*, n. 24.

(30. Si persona ratione status sit sub uno judice, scilicet clericus sub potestate ecclesiastica, et bona ejus sint sub potestate laicali et curator dandus sit tantum bonis, tunc dari debet a judice laico, sub ejus jurisdictione sunt eadem bona. Et ratio patet a contrario sensu ex dictis supra, n. 25, quod nempe pupillo clerico dandus sit tutor a judice ecclesiastico, quia principaliter datur personæ, et non nisi secundario rebus, adeoque a contrario sensu, cum in nostro casu curator dandus sit rebus tantum, et nullo modo personæ, utique dandus erit a laico judice, sub cujus jurisdictione sunt bona. Decius, consil. 150, n. 3 et 7; Ripa, in cap. 2, n. 10, *De judiciis*; Marianus Socinus, in cap. *Si quis clericus*, n. 23, *De foro competente*; Alexander, consil. 41, num. 17, lib. V; Rosignol., *loc. cit.*, prænot. 28, num. 5, et alii.

(31. Si curator dandus sit, non solum rebus, sed rebus simul et personæ, licet principaliter rebus, et non nisi secundario personæ, tunc probabilius dandus est a judice sub cujus potestate est persona: et ratio est quia licet persona sub illo munere non veniat, nisi secundario, ipsa tamen non potest cadere sub potestate laicali, si fuerit ecclesiastica, per jura adducta supra, sub n. 25. Nec sub alio judice laico, in cujus territorio non degit, quamvis fuerit persona laicalis, cum judex non habeat jurisdictionem in personam degentem extra suum territorium seu provinciam, cap. *Romano* 5, *De sentent. excommunicationis*, cap. *Ut animarum*, 2, *De constitutionibus* in 6, l. *Neque a preside*, 5, cod. *Qui dare tutores, vel curatores possunt*, l. *Unica*, cod. *Ubi petantur tutores et curatores*, cum similibus, adeoque in tali casu dandus erit curator ab illo judice, sub cujus jurisdictione est persona, cui dandus est. Sic expresse Rosignolus, *loc. cit.*, n. 7, et alii.

(32. Parentes possunt testamento filiis suis impuberibus, sive masculini, sive feminini sexus tutores constituere, si modo in potestate sua sint, textu expresso in l. *Lege duodecim* 1, ff. *De testamentaria tutela*,